Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qui plura te optat. ⁊ nichil ha
bet. Bene uis optare. nichil a te
accipienti. da aliquid bene optan
ti. Si bonum est bene optare. red
de mercedem. Optat tibi bene pauper.
Quid trepidas? Adde aliquid quod
dixi. da bene optanti. xpc ipse est.
adde quid tibi dedit. Erubesce. Ille di
ues pauper esse uoluit. ut habe
res quibus dares pauperibus. Da aliquid
fratri tuo. da aliquid proximo tuo.
da aliquid comiti tuo. Tu diues
es. ille pauper est. Vita ista uia est.
simul ambulatis; s; forte dicis;
Ego diues. ille pauper. Simul ambu
latis an non? Quid est quod dicis.
ego diues ille pauper? Sarcinam tuam
commemoras. pondus tuum laudas.
Et quod grauius contraxisti ad
te. tuam ideo non potes porrige
re manum. quia one- quam rat te
ligat te. Quid te iac tas. quid
te laudas? Solue uincula tua.
m inue de sarcina tua. da co
miti. ⁊ illum adiuuas ⁊ te releuas.
Inter has uoces laudantis sarci
nam tuam. adhuc xpc petit. ⁊

non accipit. ⁊ offendis nomen
pietatis crudelibus uocibus ⁊ dicis.
Et quid seruo filius meis? Xpm
illis appone. filios suos mihi repo
nit. Ita uero magna iusticia.
ut habeat unde luxurietur.
filius tuus. egeat dns tuus? Cum
enim uni ex minimis meis fecistis.
michi fecistis. Hec legisti? Hec timuisti?
Ecce quis eget. ⁊ filios tuos nume
rat. Postremo numera filios tuos.
adde unum illum inter illos dm
tuum; unum habes. sit ille secdus. duos
habes. sit ille tercius. tres habes
sit ille quartus. Nichil horum uis.
Ecce quomodo diligis proximum tuum.
Quem tibi facias socium ad istam
perditionem. Quid tibi dicturus sum.
diligis proximum? Quid illi in au
res insusurrabis. homo auare.
nisi fili. aut frater. aut pater. bonum
est nobis ut cum hic uiuimus.
bene sit nobis. quantum habebis.
tantus eris? Frange lunam. fac
fortunam. Ista susurrabis proxi
mo tuo. que non didicisti. in do
mo disciplinę non audisti hoc.